



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Constitvtiones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

De Libris, Qvi prælegendi sunt. Cap. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)



**G**ENERATIM (vt dictum est, cum de Collegijs ageretur) illi prælegentur libri, qui in quauis facultate solidioris ac securioris doctrinæ habebuntur.

**A**\* Nec illi sunt attingendi, quorum doctrina, vel authores suspecti sint. Hi tamen particulatim in quauis Vniuersitate nominentur; In Theologia legetur vetus & nouum Testamentum, & doctrina Scholastica Diui Thomæ;

*cit, posset postmodum aliquid persuadere ex ijs, quæ male dicit. Rarum est etiam, aliquid ueneni non admisceri in ijs, quæ à pectore veneni pleno egrediuntur.*

**B**¶ Prælegetur etiam Magister sententiarum. Sed si videretur temporis decursu alius author studentibus utilior futurus, vt si aliqua summa uel liber Theologiæ Scholasticæ conficeretur, qui his nostris temporibus accommodatior videretur; graui cum consilio & rebus diligenter expensis per viros, qui in vniuersa Societate aptissimi existimentur, cumq; Præpositi Generalis approbatione prælegi poterit. In alijs etiam scientijs & litteris humanioribus si libri aliqui admittentur in Societate compositi, vt

H iij utiliores,

**A**¶ **Q**uamuis liber suspicionem malæ doctrinæ vacet; cum tamē suspectus est author, legi eum non conuenit. Solet enim opus in causa esse, vt, qui legit, ad authorem afficiatur: & auctoritas, quam apud ipsum habet in ijs, quæ bene di-



*utiliores, quàm alij, qui communiter in manibus habentur; magna cum consideratione id fiet, præ oculis habendo scopum nostrum maioris boni vniuersalis.*

**C** ¶ *Vt ex aliqua parte Iuris Canonici, & Conciliorum, &c. et.*

**D** ¶ *Si aliqui omnino purgari non poterunt, quemadmodum Terētius; potius non legantur: ne rerum qualitas animorū puritatem offendat.*

**IN** Cap.

Thomæ; \* & in ea, quā Positiuam vocant, eligentur ij authores, qui ad scopum nostrū magis conuenire videbuntur.

Quod attinet ad libros humaniorum litterarum Latinos, vel Græcos; abstineatur in vniuersitatibus quoque, quemadmodum in Collegijs, quoadeius fieri poterit, ab eis iuuetuti prælegendis, in quibus sit aliquid, quod bonis moribus nocere queat; \* nisi prius à rebus, & verbis inhonestis purgati sint.

In Logica, & Philosophia Naturali, & Morali, & Metaphysica, doctrina Aristotelis sequenda est; & in alijs Artibus liberalibus, & in commentarijs tam huiusmodi authorum, quàm humaniorum litterarum, habito eorum delectu, nominentur ij, quos videre discipuli, quosque ipsi Præceptores præ alijs in doctrina, quam tradunt, sequi debeant. Rector autem in omnibus, quæ statuerit, procedet iuxta id, quod in vniuersali Societate magis conuenire ad Dei gloriam iudicabitur.

DE